



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Ignium monstra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

elo, Cimbricis bellis, accepimus, crebrosq; & prius, & postea. Tertio verò consulatu Marij, ab Amerinis & Tuteribus spectata arma calestia, ab ortu occasuq;, inter se concurrentia, pulsis, que ab occasu erant. Ipsum ardere calum, minimè mirum est. & sèpius visum, maiore vi ignis nubibus correptis.

Quod si pro monstro habendum est, & igni, & aëri ascribi potest. Vt & quando cælum sanguinea specie apparuit, Philippo Græciam inuadente. Nec non ille clypeus, qui ardens ab occasu ad ortum scintillans transcurrit, solis occasu, L. Valerio, C. Mario Consulibus. Quin & scintillam è stella cadere, & augeri terra appropinquantem: ac postquam luna magnitudine facta sit, illuxisse, cœu nubilo dici: dein cœm in cælum se recipere, lampadem factam, semel unquam proditur, Cn. Oelanio. C. Scribonio Coss. Vidi hoc Licinius Syllanus proconsul cum comitatu suo. Imminente Romanis primo ciuili bello, ignis ex hastis subito emicuit, qui vix potuit extingui. Vidi nocturnis militum vigilijs, ait i-  
dem author, inbarere pilis pro vallo fulgorem effigie ea, & anten-  
nis nauigantium, alysq; nauium partibus, cœu vocali quodam sono  
infistunt, ut volucres sedens ex sede mutantes: graues, cùm solita-  
ria venere, mergentesq; nauigia: si in carina ima deciderint, exau-  
rentes. Gemina autem salutares, & prosperi cursu prænuncia, qua-  
rum aduentu fugari diram ac minacem appellatamq; Hele-  
nam, ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen assignant, eosq;  
in mari deos inuocant. Hominum quoque capita, vespertinus horis,  
magno præsagio, circumfulgent. Omnia incertaratione, & in na-  
ture maiestate abditæ. Hæc ille. Tametsi & Theologi, & Phi-  
losophi multa è naturæ maiestate eruerint, quæ non semper  
sunt censenda propriè monstra, quia à recta consuetaque se-  
cundum speciem dispositione non deviarunt. Hominum non  
capita solùm, verùm etiam reliqua membra, nocturnis, præ-  
sertim frigidioribus horis, fulgorem; ac veluti scintillantes  
stricturas iaculari, cùm diloricantur, sèpius experti sumus, ex-  
halationibus calidis tunc exilientibus, & per antiperistasim.  
frigoris, se se accendentibus, quæ interdiu collectæ conclusæ  
que latuerunt. Quo pacto fortasse Seruio Tullio adhuc pue-  
rulo dormienti flamمام circa caput emicuisse domestici ocu-  
li anno-

V.

Idem lib. 28  
c. 34. & seq.

Val. Maxim. li annotauerunt. Quanquam non potest negari, plurimi  
lib. 1. cap. 7. Sanctos, diuina etiam vi radiasse, claraque in luce respluisse.

Ob quām caussam etiam Diui pinguntur capite radiosio. Neque enim Angeli duntaxat explendescunt ad eum modum,

Matth. 28. 3. quo luxit is, cuius *aspectus erat sicut fulgor*, sed etiam homine;  
Exod. 34. 29. sancti, ut Moyses cuius cornuta facies insolitam lucem fa-

cesque iaculans filios Israel exterruit; & ipse sanctus sanctorum, cuius *facies resplenduit sicut sol*. Sed facile est ei, lucem pro-

ducere, qui ipsum condidit solem. De Castore & Polluce, etiamnum nauigantibus omen ferentibus, copiosè disputat, in

sua Peregrinatione Hierosolymitana Illustrissimus Princeps Nicolaus Raziuilius. Meteora ignita talia posse, Philosophi ostendunt; solere, multi oculati testantur; Deos non esse, fides & Theologi docent: dæmones subinde esse malos, quin &

bonos Gemios, primum est aestimare; certum est, bonum Angelum sub prodigioso igne fuisse, quando Moysi *apparuit Di-*

*minus in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quod rubus arde-*

*ret, & non combureretur. Excitatus igitur nouitate rei dixit:* Vadam, & video visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.

## VI.

Plin. l. 2. nat. monstros insignem. Siquidem prater hac, inferiore calo relatum  
hist. c. 56. in monumenta est, lacte & sanguine pluuisse M. Acilio. C. Portio Coss. Et sepe alias carne, sicut L. Volumnio, Seruio Sulpicio Coss.

eamq; non perputruisse, quod non diripuissent aues. Item ferrois Lucanis, anno ante, quam M. Crassus a Parthis intereruisset, omnesq; cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat. Effigies qua pluerat, spongiarum ferè similis fuit: armipes cauenda premonuerunt superna vulnera. L. autem Paulus & C. Marcello Coss. lana pluit, circa castellum Carissimum, iuxta quod post annum T. Annius Milo occisis est. Eodem caussam dicente lateribus coctis pluuisse, in eius anni acta relatum est. Celebrant

Ibid. cap. 58. Graci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis septuagesima octaua, secundo anno, prædictissime cælestium litterarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset è sole. Idq; factum interdui, in Thracia parte ad Aegos flumen. Qui lapis etiam nunc ostenditur magnitudine